

bus diuidentibus, & fiat conueniens subtractio, vt dictum est, relinquuntur tandem sub speciebus diuidentis ordine hi numeri 1. sexagenæ pri. 0. gr. 57. 13. 27. 29. 49. 8. 55. Promotis autem singulis speciebus diuidentibus vno loco versus dextram, si quaeratur alius numerus, vt sub altera quota specie, inuenietur ille nimirum quinariis, qui similiter, si multiplicetur in singulos diuidentos, & fiat iusta subtractio, relinquetur tandem nihil. Itaque recte pronuntiabimus tot circulos & partes cum scrupulis reliquis perambulare Lunam supra motum ☉ æqualem, 6. sexagenis dierum, ac diebus præterea 5. id est annuo spacio Aegyptiaco.

|   |    |    |    |    |    |    |    |    |    |    |
|---|----|----|----|----|----|----|----|----|----|----|
|   |    |    | 0  | 0  | 0  | 0  | 0  | 0  |    |    |
|   |    |    | 2  | 3  | 2  | 4  | 4  | 3  |    |    |
| 0 | 0  | 2  | 3  | 2  | 4  | 4  | 3  | 0  | 0  |    |
| 1 | 0  | 55 | 10 | 25 | 25 | 45 | 5  | 5  | 55 |    |
|   |    | 0  |    |    |    |    |    |    |    |    |
|   | 1  | 57 | 13 | 27 | 29 | 49 | 8  |    |    |    |
|   | 2  | 4  | 2  | 5  | 4  | 3  | 1  |    |    |    |
| 0 | 2  | 3  | 1  | 16 | 33 | 34 | 52 | 9  | 5  |    |
| 1 | 2  | 63 | 6  | 54 | 42 | 54 | 42 | 6  |    |    |
| 1 | 14 | 9  | 37 | 22 | 27 | 16 | 46 | 51 | 11 | 55 |
| 6 | 5  |    |    |    |    |    |    |    |    |    |
|   | 12 | 11 | 26 | 41 | 29 | 57 | 49 | 37 | 11 | 11 |
|   | 12 | 11 | 26 | 41 | 29 | 57 | 49 | 37 |    |    |

Arbitror etiam Studiosum lectorem hic non requirere plura exempla. Si quis in vno probe se exercuerit & naturam vsuq; præcepti recte didicerit, expediet deinceps omnia, quæ offeruntur, simili modo.

DE PARTE PROPORTIONALI.

περί τῆς ἐπιβάλλοντος.

Pars proportionalis, aut vt Græci vocant, ἡ ἐπιβάλλουσα, est id quod alteri congruit iuxta datam rationem, vel vt vulgo loquuntur, est inuenire ignotum velut quartum numerum in proportione datis tribus. Cum enim dantur tres numeri ad eliciendum quartum in proportione, ex tribus illis datis duo inter se certa ratione cohærent, & tertij numeri velut antecedentis termini in altera ratione quæ priori similis est, comes investigatur, vt si dicam, 1. gradus dat 24. scrupula prima, quot dant 20. scrupula

C 3

περί τῆς ἐπιβάλλοντος.